

primum sui limitis quotus ipse est in limite.

PETITIONES.

1. Omnem figuram significatiuam significare totum numerum limitis
2. quota ipsa est in ordine figurarum.
3. Omnem figuram significatiuam quoto loco ponitur, toti numerum limitis significare.
4. Quam nihil si gnificare, sed ideo præponi figuræ significanti, ut ipsa toto loco ponat, quoto poni debet. Figuram præponi quæcuncq; dexterior est. Sunt igitur inuentæ nouem figuræ ad significandos nouem numeros limi- tum. Et sunt hæ, 9 8 7 6 5 4 3 2 1. Quarum prima est quæ dextima est. Ad loca autem limitum occupanda, inuenta est talis figura 0, quæ ci- fra, siue circulus, siue figura nihili.

Ad quædam figuram
0 inuenta sunt.

I.

Ex maximo & minimo cuiuslibet limitis numero constat primus numerus limitis proximo loco superioris.

10. $\frac{c}{b \ a}$ Sit a minimus, b maximus, componentes c. Tunc ex secunda conceptione b nonies continet a, igitur a & b decies continent a, & per consequens c decies continet a, igitur ex prima conceptione c est primus proximi limitis superioris.

II.

Omnis numerus limitis cuiuslibet sui relativi numeri in quocuncq; alio limite sumpti, aut multiplex, aut submultiplex.

2000 d
200 c
30 b
2 a

2. Numeros diuersorum limitum relativos uoco, quando unus est totus in suo limite, quotus est alter in suo. Sit a minoris limitis, d maioris eius relatiuus. Aut d est de proxime superiori limite, tunc d continebit a decies. Aut si non sint duo intermedij limites, quorum numeri duo b minor, c maior, duorum a & d relatiui, ergo ex prima conceptione b continet a decies, & b in c decies, & c decies in a, igitur a in d millies.

Numeri diuersorum limitum relatiui.

III.

Si ex additione digiti ad digitum digitus excreuerit, necesse est, ut quilibet duo articuli eiusdem limitis digitorum, qui tertium componunt relatiui, sua aggregatione componant numerum sui limitis illius digiti relatiui, qui ex duorum coniunctione componitur digitorum.

A & b digiti componant c digitum, d & f articuli relatiui a & b componant h numerum. Dico h relatiuum esse c digiti, & de limite articulorum d & f

